



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XIIIX. De Feris bestiis & mansvefactis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

num. 15. Intellige, si ipsius renunciantis tantum, & non alterius favorem concernat, cap. cum tempore 5. & ibi Panormitanus n. 2. de arbitr. & sic quando ipsi renuncianti principaliter, nec secundario favor concessus est, Joan. Mar. Novar. quest. forens. lib. 1. quest. 76. per tot. [Excipe, si renunciatio vetita per Leges prohibitorias, vid. Perez. num. 3. Cod. ne fidejuss. dot. dentur. & Pacius Anal. C. Quando imp. inter pupillos. num. 7. cap. diligenti 12. in fin. extr. de for. comp. verbi causa, si aliquid constitutum sit, non tam in favorem privatum personae, quam publicum ordinis. Qua ratione etiam utitur Wesenb. in Com. C. de SC. Vellejan. num. ult. negans mulierem illi SCto renunciare posse; quia SCtum illud non in solius mulieris favorem factum sit, sed etiam contineat respectum aliquem publicae honestatis: quia intercedere virile munus sit. Hinc Gail. 1. observ. 40. num. 11. negat, patrem renunciare querelae inofficiosa donationis: quia ea non tam favorem patris, sed & liberorum concernit, nec beneficio, l. hac Edictali 6. C. de secund. nupt. nec l. si unquam 8. C. de revoc. donat. Arum. disp. 7. tbes. 2.

At limitationem hanc dubiam iterum reddit inculpatio Cujacii, ad d. cap. 10. qui ait, hanc limitationem fucum continere: quia Clericus renuncians non infringit jus Universitatis, seu caterorum Clericorum, sed suum, l. 2. & l. 7. Quod cum jus univers. Responderi potest cum Barbosa ibid. num. 4. quia permissio seu licentia renunciandi, singulis concessa, denique vergeret in praedictum ordinis, vel potus fori Ecclesiastici. Ex hoc igitur capite & argumento non male glossa & Dd. communiter inferunt, miserabiles personas non recte privilegiis huiusce renunciare: (1) quia sic contra mentem Imperatoris prorogarent forum, (2) quia imbecillitatem eorum sic facile imponeretur.]

V.

FAVOR publicus praefertur privato, l. unic. Cod. de officio Comit. sacrar. largit. Joan. Mar. Novar. quest. forens. lib. 1. quest. 34. num. 3. cum seqq.

VI.

FAVORES sunt ampliandi, l. cum quidam 19. ff. de liber. & posthum. cap. odia 15. de Regulis Juris. n. 6. Thom. de Thomasset. reg. 209. Joan. Maria Novar. in praxi elect. & variat. fori, quest. 5. num. 5. & 6. sect. 2. pag. mibi 142. & question. forens. lib. 1. quest. 23. num. 15. [Odia vero sunt restringenda. Speculat. de disp. & alleg. §. 53.]

vers. vel in Masculinum. Unde cum favore quorundam, & aliorum odio aliquid sit statutum, dispositio illa non odiosa, sed favorabilis videtur, Decius in l. venia. C. de in jus vocand. Jo. Cro. in l. omnes populi. ff. de Just. & Jur. Aym. Crav. conf. 118. num. 10. vol. 1. Favorabili igitur in dispositione ejusmodi facienda interpretatio, ut favor extendatur, cap. cum dilecti 6. de donat. Alexand. conf. 13. col. 4. vol. 2. Dec. conf. 49. col. 3. conf. 76. col. 2.

CAP. XIX.

De Feris bestiis & man-
ifestis.

Axioma I.

Quousque fera bestia proprietatis à nobis detinetur, eousque nostra est.

Ratio: quia eousque possidetur: ex possessione autem in hac materia dominium dependet.

Amplia: ut non solum intelligatur detentio corporalis, sed etiam quae fit solo animo. Nam quamdiu fera bestia in conspectu nostro est, tamdiu nostra manet. §. 12. Instit. de Rer. Divis. Modò non difficilis fuerit ejus persecutio l. 5. pr. ff. de A.R.D. sic enim cessare videtur animus possidendi.

II.

Quamdiu fera bestia habet consuetudinem revertendi, tamdiu manet in nostro dominio.

Ratio: quia tamdiu possidetur l. 13. §. 16. ff. de acquir. poss. Manente igitur possessione earum manet etiam dominium, quod possessione niti-
tur.

Exemplum est in pavonibus, columbis, avibus. Videntur verò revertendi consuetudinem exuisse, si per triduum emanerint, modò sua sponte sine insidiis abfuerint. Conf. l. 8. §. 1. ff. fam. ercise.

CAP. XIX.

De Feudo.

Axioma I.

Feudum antiquum non potest concedi ut novum, die Natur und Eigenschaft eines Stammes Lehns kan nicht verändert werden. Gail. Lib. 2. obs. 49.

II.

Feuda etiam majora ex consuetudine Germaniae dividuntur. Gail. Lib. 2. obs. 153. num. 1. Besold. thes. pract. verb. Abtheilung der Herrschaften.

III.

Nobiles in Germaniam non raro praedia sua allodialia, castra, oppida, pagos, liberè ob protectionem cedunt superiori, ab eoque iterum accipiunt in feudum, vulgò feuda oblata aufgetragen Lehen vocamus. G. Everhard. Vol. 1. conf. 49. sed haec feuda ex levi causa fortè ob non petitam investituram non habentur pro commissis. Besold. P. 2. Conf. 57. n. 83. seqq. & in thes. Pract. verb. aufgetragen Lehen.

IV. Mo-